Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift

multitudines languentium clau
dorum, cecorum, aridorum, surdorum, atque inua
lidorum, et qui uexabantur ab spiritibus in
mundis. Qui ut eodem sancto liquore
perungti fuerint, statim pristine
reddunt sanitati. Miser peccatorum
me semel et bis ex eadem aqua pocu
lum sumpsisse dum ipse tumulum
sanctum domini pro meis piaculis interpella
rem nycolai. Distat autem domus
sancte syon ubi requiescit idem con
fessor a menibus ciuitatis mirree qua
si tribus miliariis ad ori n p
entalem plagam secus uiam que ducit
ad portum maris quod dicitur adriaticum.
Quodam quoque tempore episcopus mirree ciui
tatis cum in exilium a prefecto desti
natus fuisset, statim aque elemen
tum et sancti liquoris oleum effluere
cessauit. Et tandiu hoc usus est